Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

39

situm est xpi vexillum. et in tre-
panti viro dei de possessis artus
superveniente eminentiori virtute.
territa et tremebunda diffugere
demonia. Et nova legatio non
romanum pragma tirtuiferens. set
divinis legibus fidei pagina alle-
gans. prolatis in medium litteris
sanguine xpi conscriptis. et ba
bulla crucis impressis. que figu
ra auctoritate sua terrestria et in
ferna sibi subdit et curvat. Inaudi
ta est nostris temporibus populi tanta
fides. tanta in homine virtus. in
ter quos erat religiosa contentio.
tum signorum gloriam abbas creduli
tati eorum. illi vero sanctitati abbatis ascri
berent. et hoc de eo indubitanter
sentirent. ut quidquid a domino peteret
impetraret. .b.

Adducunt ergo ad eum
mulierem omnibus notam
nichil hesitantes. quam et septem an
nis in mundus vexaverat spiritus.
et postulant supplices. ut in nomine
domini demonii imperet fugam. et mu
lieri sospitatem. Que populi fides. non

minimam verecundiam viro dei in
gerebat. et humilitate magistri.
conscius sibi inconsueta experiri non
presumebat. et instante petitione
populi erubescebat. si caritati pos
tulantium obstinacius obsisteret.
et videbatur ei quod offenderet
deum. et omnipotenciam eius diffi
dencia obnubilare videretur. si
a fide populi fides propria dissentiret.
Estuabat igitur secum. et licet signa non
fidelibus fieri assereret. ausus suos
spiritui sancto committit. et oracioni in
cumbens. celitus elapsa virtute.
sathanan in spiritu fortitudinis incre
pat et fugat. mulierem reddit in
columem et quietam. Letantur qui
aderant. et levantes manus ad si
dera. deo qui de excelso eos visi
tavit gratias agunt. Auditum est hoc
verbum. et percrebuit fama. et re
pente totam percullit urbem. per
ecclesias. per pretoria. per compita omnia
Conveniunt undique. de viro dei ser
mo habetur ubique. dicitur publi
ce nichil ei inpossibile esse quod
a domino postulet. et ad preces eius